Albertus de Saxonia

9138

Very rare. Hain-Cop. 586. Pell. 385

GKW 791. Brit. Mus. 546

No copy in Germany. One in U.S.

from the R.K. 1919

+ Klebs 28.1

Rare Book Dept.

No. Q.405.105

The Public Library of the City of Boston.

F

Bowditch
Mar. 8, 1939
C

monū quintū descriuotabu
lariorum ad basphia femice pertē
uitepus in ... et fiau sonis
eorum pbibeatur solertiatim ciune
quesiti lōgo sudore sup ēdis care
ant etiā uigintilibrarum auri cōdēpnat
tioē pposita. De fabricēsib;

Imp p pp uat. Omnib; fabricēsi
pecuniā pspecieb; sed ipsā spe
cie sine dilatioē i scriptis pimus
ut uenerabili q facilem deduca
tur igitur bus seculi q scat ferrima
tiā pbeat qpp ... ad epta fradi
bus facultate comodo publico
ēsulatur.

Idē aa rufino. Stigmata hoc ē no
ta publica fabricēsium brachiis
ad imitationē tironum ifligatur
ut hiis saltē mō possint latitantes
agnosci his qui eos susceperunt uel
eorum liberis sine dubio fabrice uē
dicādi. et subreptio ē quadā d
clinandi opis ad publicē cuius u
bet sacramēta militie trāsierunt.

u linquitur periculo muneri ut
ē stricti nō acib; suis sotiorum cedib;
quādā speculā gerant et unis dap
ni ad omniū transit dispendium u
niuersitaque uelutī in corpore
unis forme unis decoctionis sitare
tulerit respōdē cogentur.

Imp leo. Eos qui int fabricen
ses sacre fabrice sociati sunt l eorum u
xore aut filios quitidē int fabri
censes sacre fabrice sotiati sunt uel
eorum uxores aut filios quitidē et
fabricenses militare noscunt
nālibi pulsare uolētibus respō
dere pcipimus nisi in iudicio tue sub
limitatis ad cuius iurisdiccionē
potestatēque ptinēt nec eos p
stipendiariorum finē militie super a
uilibus uel curialibus muneribus
quibus nullo mō sub iacē mon
strantur aut uiris clarissimis rectoribus
prouinciarum uel eorum officiis ptlicrū
inquietare.

Idē eusinio. Nullus fabricēsium.

[illegible marginal gloss]

restituatur: quia si alienigene detentatore ex oneribus editionibus extinere maluerit subiacere quam retinere facultatem et futura deinceps agnoscatur munia sibi esse subeunda, et de presenti si quid ipsis possidentibus reliquum colligitur, a semetipsis fiant sine aliqua excusatione solvenda agnoscatur.

Idem A. H. Hi qui ex filiabus murilegulorum aliene originis patribus fuerint procreati iura matris nec edicto nisi.

Idem A. Acatio. S i quis ex corpore gynetiariorum vel limphariorum monetariorum vel etiam murilegulorum et aliorum similium ad dignitatem aliquam largitione nexu sanguinis pertinentium vel venerit, post actis de suo collegio liberari non debet, cuique nec facultas in locum proprium substituendi ex triumphali absolutio est sub stituatur: sed et eos qui de omnibus idonee de modo subiectis suis esse amplissime tue sedis obtutibus approbaverit, itatamen ut hii

gaudeant auro intenta virilis privatis usibus contexere efficere que prohibemus et gemmarum tantum viris fieri precipimus.

Impp. N emo vir auratas habeat aut intunicias aut lineas paragaudas nisi hii tantummodo quibus propter ipsale ministerium concessum est. Nemini levi amm adversione plectetur quisquis vetito se induto vestitu non abdicaverit indumento.

Impp. Theod. V ellera adulterino colore fucata in speciem sacri muricis tincta nec tinctum cum rodino purpura serico alio purpurea colore fugari cum de albo omnium colorum tingendi copia non negetur, nam capitalem penam illicita temeritas suscipietur.

Impp. Theod. S emper enim universis cuiuscumque sint sexus dignitatis artis professionis et generis abhominio speciei professione que soli principi eius que domui dedicatur nec palliatum aliquis domi quis se

[illegible marginal gloss]

¶ Excellentiſſimi Magiſtri Alberti de Saxonia tractatus pꝛopoꝛtio-
num incipit feliciter.

Pꝛopoꝛtio communiter accepta: eſt duoꝝ compara-
toꝝ in aliquo termino vniuoco adinuicem habitu-
do. Et dicit̄ vniuoco quia licet ſtilus dicatur accu-
tus ⁊ ſimiliter vox: tamen quia accuties nō dicitur
vniuoce de voce ⁊ de ſtilo: ideo ſtilus ⁊ vox non cō-
parantur adinuicem in accutie. Unde nō ſolemus
dicere ſtilum eſſe accutioꝛem voce nec ita accutum
nec econtra. Similiter licet mel ſit dulce: ⁊ ſimiliter
vox: tamen quia dulcedo non dicit̄ vniuoce de dulcedine mellis ⁊ de dul-
cedine vocis: ideo mel ⁊ vocem in dulcedine non cōparamus ad inuicem.
¶ Pꝛopoꝛtio pꝛopꝛie accepta: eſt duarum quātitatum eiuſdem generis
adinuicem habitudo. ¶ Quantitates cōmenſurabiles dicuntur quibus
eſt vna menſura cōmunis quālibet iſtarum preciſe menſurans ſicut ſunt
quātitates iſte. ſ. pedale. bipedale: ſemipedale enim aliquotiens ſumptum
reddit vtrūqꝫ iſtoꝛum pꝛeciſe. ¶ Quātitates incōmenſurabiles dicuntur
quibus non eſt vna menſura cōmunis quālibet iſtarum pꝛeciſe reddens ſi-
cut dyameter quadrati ⁊ coſte eiuſdem. Unde data aliq̄ quātitate que ali-
quotiens ſumpta pꝛeciſe reddat dyametrū: illa eadem vel ſibi equalis ali-
quotiens ſumpta nūqꝫ redderet pꝛeciſe coſtā: ſed vel maius vel minus: ⁊
ſic etiam eſt de quātitate reddente pꝛeciſe coſtā. ¶ Pꝛopoꝛtio rationa-
lis eſt duarum quātitatum cōmenſurabilium adinuicem habitudo: vel ſic.
¶ Pꝛopoꝛtio rōnalis eſt que immediate pōt denominari ab aliquo nu-
mero. ¶ Pꝛopoꝛtio irrationalis eſt duarum quātitatum incōmenſura-
biliū adinuicem habitudo: vel ſic. ¶ Pꝛopoꝛtio irrationalis eſt que non
poteſt immediate denominari ab aliquo numero: ſed immediate denomi-
natur ab aliqua ꝓpoꝛtione que immediate denominat̄ ab aliquo numero:
ſicut ꝓpoꝛtio que medietas duple nominatur: qualis eſt pꝛopoꝛtio dyame-
tri quadrati ad coſtā eiuſdem. Unde ſi ſcribantur duo quadrata ſic ſe ha-
bentia ꝙ coſta maioꝛis ſit dyameter minoꝛis iſtoꝛum quadratoꝛū eſt pꝛo-
poꝛtio dupla: vt poteſt faciliter declarari per penultimā pꝛime geometrie:
ſed quia qualis eſt pꝛopoꝛtio laterum ſeu coſtarum quadratorum dupli-
cata: talis eſt proportio quadratorum adinuicem per. 18. ſexti geometrie
ſequitur proportionem coſtarum dictorum quadratorum eſſe medieta-
tem duple: ⁊ quia coſta maioris eſt dyameter minoris ſequitur dyametrū
minoris quadrati ad coſtam eiuſdem ſe habere in proportione que me-
dietas duple nuncupatur. ¶ Et dixi notanter in ſecunda deſcriptione
ꝓpoꝛtionis irrationalis que non poteſt immediate denominari ⁊c. Nam
licet medietas quadruple denominetur ab aliqua proportione non ta-
men propter hoc eſt irrationalis: quia etiam poteſt denominari a nume-
ro cum medietas quadrupla ſit proportio dupla. Et differunt inuicem

propoꝛtio rationalis ⁊ irrationalis. ¶ Quia propoꝛtio rationalis tam in
continuis ꝙ̄ in diſcretis reperitur. ¶ Proportio aūt irrationalis non in di
ſcretis ſed tantū in ꝯtinuis reperitur:non ſignificantibus numeroꝛ:⁊ pro
pter hoc ariſmetrica que eſt de numero de ꝓportione rationali ⁊ non de
irrationali determinat. ¶ Sed geometria que eſt de magnitudine tā de pro
portione rationali ꝙ̄ de irrationali ꝯſiderat. ¶ Proportio equalitatis eſt
duoꝝ equaliū adinuicem habitudo ſicut duoꝝ ad duo:vel vnius ad vnū:⁊
econtra. ¶ Proportio inequalitatis:eſt duoꝝ inequaliū adinuicē habitu
do.ſicut duoꝝ ad vnū vel vnius ad duo. ¶ Proportio maioris inequa
litatis:eſt maioris ad minus habitudo:ſicut duoꝝ ad vnū. ¶ Propor-
tio minoris inequalitatis:Eſt minoris ad maius habitudo ſicut vnius ad
duo. ¶ Differentia ſiue exceſſus dr̄ illud quo maior q̄titas excedit mino
rem:vt ſi comparent̄ ſex ad quattuor:duo dr̄ differentia:quia ſex excedūt
quattuor per duo. ¶ Proportionalitas ariſmetrica:Eſt cōparatoꝝ ad-
inuicem equalitas differentiarū:quali proportione ſunt comparabilia ſex
⁊ quattuor ⁊ tria ⁊ vnū. ¶ Proportionalitas geometrica eſt compara-
torum adinuicem equalitas ſiue ſimilitudo proportionū:quali ꝓportione
ſunt ꝓportionabilia ſex ad tria ⁊ q̄ttuor ad duo:Nam ſicut ſe habent ſex
ad tria:ita quattuor ad duo:quo ad proportionem vtroq; enim eſt dupla
ꝓportio. ¶ De ꝓportione armoniaca taceo:que non deſeruit in propo-
ſito. ¶ Proportionalitas ariſmetrica ꝯtinua eſt equalitas differentiarū
per cōmunem terminū mediū vel terminos medios copulata:exemplum
quādo per terminū cōmunem ſicut ſe habent tria ad duo:ita duo ad vnū.
Exemplū quādo per terminos medios:ſicut ſe habent quattuor ad tria:
ita tria ad duo ⁊ duo ad vnū. ¶ Proportionabilitas ariſmetrica diſcon-
tinua eſt equalitas differentiaꝝ per nullū terminū cōmunem medium vel
nullos terminos cōmunes medios copulata.exemplū:ſicut ſe habent ſex
ad quattuor:ita decem ad octo ⁊ tria ad vnū. ¶ Proportionalitas geo-
metrica ꝯtinua:eſt equalitas proportionū per terminū cōmunem mediū:
vel terminos cōmunes medios copulata:exemplū p terminū cōmunem:
ſicut ſe habent quattuor ad duo:ita duo ad vnū:exemplū per terminos cō
munes:ſicut ſe habent octo ad q̄ttuor:ſic quattuor ad duo:⁊ duo ad vnū.
¶ Proportionabilitas geometrica diſcontinua eſt equalitas ꝓportio-
num per nullum terminū cōmunem vel terminos cōmunes medios copu
lata.exemplū:ſicut ſe habent.16.ad.8.ſic.6.ad.3.⁊ duo ad vnū. ¶ Pro-
portionabilia ꝓportione geometrica dicuntur quoꝝ proportiones ſunt
equales ſicut ſunt octo quattuor duo ⁊ vnū. ¶ Proportionabilia pro-
portione ariſmetrica permutatim dicuntur illa que ſic ſe habent:ꝙ ſicut ſe
habet antecedens vnius ad antecedens alterius.ita ⁊ ꝯſequens vnius ad
ꝯſequens alterius:⁊ hoc quo ad exceſſum ſeu differentiā:vt hic:ſex.tria.
q̄ttuoꝛ ⁊ vnū. Unde ſicut ſe habent ſex ad tria ita q̄ttuoꝛ ad vnū:vtrobiq;
enim eſt exceſſus vt tria. ¶ Proportionabilia pꝛoportione geometrica
permutatim dicunt̄ illa q̄ ſic ſe habent ꝙ eadem ſiue equalis eſt proportio

antecedentis vnius ad antecedens alterius qualis eſt ꝓportio ꝯſequentis vnius ad conſequens alterius: ſicut ſe habent octo ad quattuor: ita duo ad vnū. vnde qualis eſt proportio octo ad duo: talis eſt ꝓportio quattuor ad vnum: vtrobiq; enim eſt proportio quadrupla.

PRoportionis maioris inequalitatis rationalis quinq; ſunt ſpecies: tres ſimplices: ⁊ due cōpoſite. Simplices ſunt ꝓportio multiplex: ꝓportio ſupparticularis: Et ꝓportio ſuperpartiens. Compoſite ſunt multiplex ſuperparticularis: ⁊ multiplex ſuperpartiens. ¶ Proportio multiplex eſt quādo maius continet minus pluries preciſe: ſicut proportio duoꝝ ad vnum. Et ſi maius continet minus preciſe bis vocatur dupla: ſicut eſt ꝓportio duoꝝ ad vnum. Et ſi ter: tripla: ſicut proportio trium ad vnū. Si quater quadrupla: ſicut proportio quattuor ad vnum ⁊ ſic in infinitū. ¶ Proportio vero ſuperparticularis: eſt quādo maius continet minus ſemel: ⁊ cum hoc aliquā partem aliquottā minoris numeri: exemplū ſicut eſt proportio trium ad duo. Unde tria ꝯtinent ſolū ſemel duo ⁊ cū hoc vnitatem que eſt pars aliquotta. Deinde viſo quādo maius ꝯtinet minus ſemel ⁊ non pluries ⁊ cū hoc aliquā ꝑtem aliquottā eius: videndū eſt poſtea: an iſta pars aliquotta eſt medietas minoris. Si ſic: dr̄ proportio ſexquialtera: ſicut ꝓportio triū ad duo. Et ſi eſt tertia: ſexquitertia: ſicut proportio quattuor ad tria: vel. 8. ad. 6. Si vero quattuor ſexquiquarta: ſicut ꝓportio quinq; ad q̄ttuor: vel decem ad octo. Et ſi ſit quinta: dr̄ ſexquiquinta: ⁊ ſic in infinitū. ¶ Et nota ꝙ pars aliquotta dr̄: que aliquotiens ſūpta reddit ſuū totū preciſe ſicut tria reſpectu ſex. Unde ſi tria capiant̄ bis: reddent p̄ciſe ſex. Sed pars non aliquotta: eſt que aliquotiens ſumpta non reddit p̄ciſe totū: ſicut duo reſpectu quinq;. Unde ſi bis ſumantur duo non reddunt quinq; ſed minus: ⁊ ſi ter: reddunt plus. ¶ Proportio ſuppartiens: dr̄ quando maius ꝯtinet minus ſemel ⁊ non pluries: ⁊ cū hoc aliquā partem non aliquottā minoris compoſitā ex partibus aliquottis minoris: ſicut ꝓportio quinq; ad tria. Unde quinq; continent ſemel tria ⁊ cū hoc binariū qui non eſt pars aliquotta ternarii: licet in ſe ꝯtineat duas ꝑtes aliquottas eius. Deinde viſo quomodo maius continet minus ſemel ⁊ cū hoc partem non aliquottā minoris. Uidendū eſt de parte non aliquotta: quot partes aliquottas numeri minoris in ſe contineat. Unde ſi ꝯtinet duos vocat̄ ſuperbipartiens: ſicut ꝓportio quinq; ad tria. Si tres. Suptripartiens: ſicut octo ad quinq;. Si quattuor. Superquatripartiens. ſicut nouem ad quinq; ⁊ ſic in infinitū. Deinde hoc viſo ad habendū vnum nomen magis ſpeciale: videndū eſt quomodo ſe habent iſte partes aliquotte reſpectu minoris vtrū ſint tertie vel quarte vel quinte eius. Et ſi tertie vocatur ꝓportio ſuperpartiens tertias. Si quarte ꝓportio ſuperpartiens quartas: ⁊ ſic in infinitū. ¶ Ex his poteſt colligi nomen ſpeciale ꝓportionis ſuperpartientis. Unde ſi maius ſemel contineat minus ⁊ cū hoc partem non aliquottā in ſe duas aliquottas numeri minoris ꝯtinentem quaꝝ quelibet eſt tertia pars numeri minoris: pro-

portio talium debet dici ſuperbipartiens tertias. Si vero maius continet minus ſemel ⁊ cum hoc partem non aliquottam minoris in ſe tres aliquottas numeri minoris continentem quarum quelibet eſt quinta pars numeri minoris proportio talſum dicitur ſupertripartiens quintas: ſicut eſt proportio. 8. ad. 9. Et ita proportionabiliter dicendū eſt in aliis. Si vero maius continet minus pluries ⁊ cum hoc partem aliquottā numeri minoris dicitur proportio multiplex ſuperparticularis: ſicut eſt proportio. 9. ad. 2. Et ſi maius ꝯtinet minus bis ⁊ cū hoc partem aliquottā numeri minoris que eſt medietas: dicitur proportio dupla ſexquialtera. Et ſi bis ⁊ cū hoc partem aliquottā que eſt tertia pars minoris dicitur dupla ſexquitertia: ſicut proportio ſeptem ad tria. Si vero maius continet minus pluries ⁊ cum hoc aliquid vltra quod non eſt pars aliquotta minoris vocatur proportio multiplex ſuperpartiens: ſicut proportio octo ad tria. ¶ Et ſi maius continet minus bis ⁊ cum hoc partem aliquottam minoris continentem in ſe duas aliquottas minoris vocatur dupla ſuperbipartiens ſicut octo ad tria. Si vero cum hoc quelibet illarum aliquottarū ſit tertia pars minoris dicitur dupla. ſuperbipartiens tertias: ſicut in eodem exemplo. Et ſic proportionabiliter dicendum eſt de aliis ſpeciebus multiplicis ſuperpartientis permiſcendo multiplicem cum ſuperpartiente: ⁊ permiſcendo ea que dicta ſunt de illis ſeorſum. ¶ Notandum ꝙ ad habendum ſpecies proportionis minoris inequalitatis rationalis: non expedit nili predictis nominibus addere ly ſub: dicendo. Submultiplex: Subſuperparticularis ⁊c. ¶ Propter breuitatem verborum ſufficientia pōt ſic capi. Omne maius comparatū ad minus habens ad ipſum proportionem rationalem: vel continet minus pluries ⁊ nihil vltra: vel ſemel ⁊ aliquid vltra: vel pluries ⁊ aliquid vltra. Si primum ſic eſt multiplex. Si ſecundū: ⁊ hoc dupliciter: nam id quod eſt vltra vel eſt pars aliquotta numeri minoris: ⁊ ſic eſt proportio ſuperparticularis. Vel eſt pars non aliquotta cōtinens tamen partes aliquottas equales minoris: ⁊ ſic eſt proportio Superpartiens. Si dicitur tertium: tunc illud quod iterum continetur vltra: vel eſt pars aliquotta minoris: ⁊ ſic eſt proportio multiplex ſuperparticularis. Vel eſt pars non aliquotta minoris habens ſe modo predicto ⁊ ſic eſt proportio multiplex ſuperpartiens: exempla patent in figura ſequenti omnium predictorum.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
2	4	6	8	10	12	14	16	18	20
3	6	9	12	15	18	21	24	27	30
4	8	12	16	20	24	28	32	36	40
5	10	15	20	25	30	35	40	45	50
6	12	18	24	30	36	42	48	54	60
7	14	21	28	35	42	49	56	63	70
8	16	24	32	40	48	56	64	72	80
9	18	27	36	45	54	63	72	81	90
10	20	30	40	50	60	70	80	60	100

Sciendū eſt circa iſtā figurā q in ſuperiori linea huius tabule incipiendo ab vno: ſi numero primi ſpacii numeꝝ ſecūdi ſpacii cōparabis habebis primā ſpeciem ꝓportionis multiplicis.ſ.duplam. Si vero numerū tertii ſpacii ad numerū primi cōpares tertiā ſpeciem multiplicis inuenies.ſ.triplā: ⁊ ſimile eſt in aliis lineis inferioribus. Si vero numero ſecūdi ſpacii numerū.3.ſpacii compares primā ſpeciem proportionis ſuperparticularis facies.ſ.ſexquialterā: ⁊ ſi tertio quartū: ſexquitertiā. Et ſi quarto quintā ſexquiquartas ⁊ ſic vltra. Si vero numero tertii ſpacii compares numerum quintū primā ſpeciem proportionis ſuperpatiens facies. Et numero quarti ſpacii.7.cōpares ſecundā ſpeciem proportionis ſuperpartientis facies. Et ſi numero quinti numerū.9.compares tertiā ſpeciem ſuperpartientis inuenies. Si vero numero ſecundi ſpacii numerū.5.cōpares fiat prima ſpecies multiplicis ſuperparticularis.ſ.dupla ſexquialtera. Si aūt eundem compares.7°.inuenies triplā ſexquialterā. Si vero numero tertii cōparetur numerus.8.prima ſpecies multiplicis ſuperpartientis fiet.ſ. dupla ſupbipartientis ⁊ ſic vltra ſi tabula erit maior. Si vero numeri.4. numerus.xi.ꝯparetur ſic fiet multiplex ſuptripartiens: ⁊ ſic ſm̄ maiorem vel minorem tabulam habebis plura vel pauciora exemlpa.

His viſis videndū eſt de principali intento.ſ.penes quid atten-
b datur proportio velocitatū in motibus. Et primo penes quid tāq̄ penes cauſam. Secundo penes quid tāq̄ penes effectum. Et ante omnia ſupponendū eſt q motus nullus poteſt prouenire a proportione equalitatis nec minoris inequalitatis ⁊ ſic de primo. ¶ Prima concluſio proportio velocitatum in motibus non attenditur penes proportionem potentiarum motiuarum inter ſe: probatur nam ſi aliqua potentia mouet aliquod mobile: idem mobile poteſt moueri ab alia potentia in duplo tardius vt patet ſexto phiſicorum: ſit igitur q.4.moueant .2.tunc ſi duo in duplo tardius moueantur hoc erit a potentia vt.2.ſi proportio velocitatum in motibus inſequitur proportionem potentiarum mouentium inter ſe: et ſic a proportione equalitatis prouenit actio et motus quod eſt contra ſuppoſitum. ¶ Preterea ſi .6.moueant.4.⁊

cum.4.poſſit moueri in duplo tardius hoc non erit niſi a tribus ſi propor-
tio velocitatum in motibus inſequitur proportionem potentiaꝝ motiua-
rum inter ſe ⁊ ſic motus proueniret a proportione minoris inequalitatis
q̄ð eſt contra ſuppoſitū.¶ Secunda ꝯcluſio proportio velocitatū in mo-
tibus non attendit penes ꝓportionem potentiaꝝ reſiſtentiaꝝ inter ſe pro
batur ꝯ° ſic:nā moueant.4.duo:⁊ cū eadem potentia.ſ.4.poſſit mouere ali
quid in duplo tardius:vel igitur hoc erit duplum ad illud vel in alia pro-
portione ſe habens.Si primū:ſequitur ꝙ.4.mouerent.4.⁊ ſic a proportio
ne equalitatis ꝓueniret motus q̄ð eſt contra ſuppoſitū.Si autem ſe habet
in alia proportione q̄ꝫ dupla:ſequitur ꝙ nō eſt eadem ꝓportio velocitatum
qualis eſt reſiſtentiaꝝ ſeu mobiliū inter ſe.Et probat proportionabiliter ꝙ
motus proueniret a proportione minoris inequalitatis:vt ſi ſex moueant
.4.cum ſex poſſint mouere aliud mobile in duplo tardius vel igitur h° erit
duplum ad quattuor:vel in alia proportione.Si primū ſequitur ꝙ ſex mo
uebunt octo:⁊ ſic fieret motus a proportione minoris inequalitatis quod
eſt contra ſuppoſitum.Si autem ſe habet in alia proportione ad quattuor
q̄ꝫ in proportione dupla:ſequitur non eſſe ſimilem proportionem velocita
tum in motibus ⁊ in reſiſtentiis mobilium.¶ Tertia concluſio:proportio
velocitatum in motibus non attenditur penes proportionem exceſſuum
ſeu differentiarū ipſarum potentiarū mouentium ſuper reſiſtentias:pro-
batur.Nam ſi ſic non eadem velocitate mouerent quattuor duo:ſicut duo
vnum.Sed hoc eſt falſum:⁊ conſequentia patet:nā exceſſus quo quattuor
excedunt duo non eſt equalis exceſſui quo duo excedunt vnū.Nā quat-
tuor excedunt duo per duo:⁊ duo excedunt vnum per vnum.Sed falſitas
conſequentis patet per Ariſto.7.phiſicorum:vbi vult ꝙ ſi aliqua potentia
moueat aliquod mobile ſub dupla potentia:mouebit ſub duplum mobile
equali velocitate.¶ Secundo ſequitur ꝙ totus motor non moueret totū
mobile equali velocitate qua medietas maioris moueret medietatem mo-
bilis q̄ð eſt falſum:⁊ conſequentia patet quia maiori exceſſu excedit totus
motor totum mobile q̄ꝫ medietas motoris excedat medietatem mobilis:ſic
ſi totus motor ſit ſicut.8.totum mobile ſit vt quattuor:tunc medietas mo-
toris que eſt ſicut quattuor non excedit medietatem mobilis que eſt vt duo
tanto exceſſu ſicut octo quattuor:cū quattuor non excedāt duo niſi in duo
falſitas conſequentis patet ſeptimo phiſicoꝝ:quia totus motor medietas
motoris totū mobile ⁊ medietas mobilis ſunt permutatim proportionabi-
lis geometrica proportione:⁊ ſic videtur ꝙ conſimili velocitate totus mo-
tor debeat mouere totū mobile qua medietas motoris mouet medietatem
mobilis.¶ Tertio probatur experientia:nam ſi mille homines trahunt
nauim ⁊ vnus addatur modicū intenditur velocitas.⁊ tamen ſi vnus tra-
hat vnā paruam nauim ⁊ vnus addatur multum intendit velocitas:ideo
patet ꝙ velocitates non proueniunt ab exceſſibus equalibus.¶ Ex iſta
concluſione ſequitur ꝙ proportio velocitatum non attenditur penes pro-
portionem ariſmetricam cuius oppoſitū vult ꝯ una opinio.¶ Quarta

concluſio proportio velocitatū in motibus attendit penes proportionem
proportionū potentiaꝝ mouentium ad ſuas reſiſtentias: ⁊ hoc eſt qđ ſolet
dici: proportionem velocitatū ſequi proportionem geometricā. ¶ Unde
ſi aliqui motores moueant aliqua mobilia: ex equali proportione mouent
ea equaliter. Unde ita pcise mouent ſex tria: ſicut duo vnum. Et ſi aliqui
motores mouent aliqua mobilia: ex inequali proportione: tunc in quanto
proportio vnius motoris ad ſuā reſiſtentiam excedit proportionem alte-
rius motoris ad ſuam reſiſtentiā in tanto eius motus eſt velocior. Unde
ſi octo mouent duo: mouent in duplo velotius ꝙ̄ ſex moueāt tria: propter
hoc ꝙ proportio octo ad .2. eſt quadrupla: ⁊ ſex ad tria eſt dupla. ¶ De
iſta materia ſunt quattuor opiniones. Quaꝝ vna voluit ponere ꝙ propor-
tio velocitatū attenditur penes proportionem potentiaꝝ inter ſe: ⁊ iſta nō
valuit ſicut dixit prima cōcluſio. ¶ Secunda eſt ꝙ attenditur penes pro-
portionem reſiſtentiaꝝ inter ſe: ⁊ iſta non valuit ſicut dixit ſecunda conclu-
ſio. ¶ Tertia ponit ꝙ attenditur penes proportionem exceſſuum quibus
potentie motiue excedunt reſiſtentiā: ⁊ iſta non valuit ſicut dixit tertia cō-
cluſio. ¶ Quarta opinio eſt ꝙ attenditur penes proportionem proportio
num potentiarum mouentiū ad ſuas reſiſtentias: ⁊ hoc dixit quarta con-
cluſio. ¶ Secunda concluſio poteſt probari ex pluribus dictis Ariſto. 7.
phiſicoꝝ ⁊ etiā quarto ⁊ ſecundo celi. ¶ Circa iſtā opinionem ſunt ponen
da aliqua dubia ⁊ ſoluenda. 2° inferenda ſunt ex eis aliqua correlaria circa
regulas poſitas ab Ariſto. 7. phiſicoꝝ de ꝓportione velocitatū. ¶ Quā-
tum ad primū. Nam intelligentia mouens celū mouet ipſum aliqua velo-
citate: ⁊ tamen ibi nulla eſt proportio motoris ad reſiſtentiā: cū celum non
reſiſtat intelligentie. ¶ Secundo ſequitur ꝙ ſi ſor poteſt proicere aliquē
lapidem per aliquā diſtantiā ꝙ medietatem eius poſſet proicere ad duplā
diſtantiam cū ſuper illum haberet proportionem in duplo maiorem ⁊ me-
dietatem medietatis per quartā ⁊ ſic vlterius qđ eſt falſum. ¶ Tertio nā
eadem eſt proportio calidi ad frigidū cū ſint propinqua ⁊ cū ſint remota ⁊
tamen calidū agit velotius in frigidū cū ſint ꝓpinqua ꝙ̄ cū ſint remota er
go ex equali ꝓportione proportionū potentiaꝝ motiuaꝝ ad ſuas reſiſten-
tias non prouenit equalis velocitas. ¶ Quarto nā graue deſcendens in
medio vniformi velotius deſcendit in fine ꝙ̄ in principio ⁊ tamen non ex
maiori ꝓportione ad reſiſtentiam cum ſua reſiſtentia poſita ſit vniformis.
¶ Quinto ad idem graue per aliā ⁊ aliā figuram deſcendit in eodem me-
dio aliquando velotius ⁊ aliquando tardius ⁊ tamen non videtur ꝙ pro-
pter aliam ⁊ aliā figurā habeat aliam ⁊ aliā proportionem ad ſuam reſiſten
tiam. ¶ Sexto inter potentiā motiuā ⁊ reſiſtentiam non eſt aliqua ꝓpor-
tio ergo concluſio falſa tenet conſequentia ⁊ antecedens probatur nā non
ſunt eiuſdem rationis modo inter illa que non ſunt eiuſdem rationis non
eſt ꝓportio ſicut patet. 5. Euclidis. ¶ Septimo nā paſſum reagit i agens
⁊ habet ad agens ꝓportionem minoris inequalitatis ⁊ cū illa non ſit cōpa-
rabilis ꝓportioni maioris inequalitatis: tunc ſi concluſio eſſet vera veloci

tas non eſſet comparabilis alicui velocitati prouenienti a ꝓportione maio
ris inequalitatis. ¶ Ad iſta argumenta: Ad primū dico ꝙ concluſio intel
ligitur de velocitate motuū prouenientia ab agentibus non mouentibus
per voluntatem: modo ſic non eſt de intelligentia mouente celū. ¶ Ad ſe
cundū notandū ꝙ omne illud reputatur pars potentie motiue qđ iuuat ad
velocitatem ⁊ omne illud dicit̃ pars potentie reſiſtitiue qđ reſiſtit. ¶ Se-
cundo notandū ꝙ concluſio intelligebat̃ de potentia motiua totali ⁊ ſimi-
liter reſiſtitiua ⁊ non partiali. Et tunc ad argumentū dico ꝙ ſi ſoꝛ. ꝓiciat la
pidem ad aliq̄ diſtantiā non oportet ꝙ medietatem lapidis proiciat ad du
plam diſtantiā: qꝛ ſup̱ medietatem lapidis non habet proportionem duplā
ad ꝓportionem quā habebat quādo proiecit integrū: propter qđ in equa-
li motu non ſolū reſiſtit lapis ſed etiā mediū ⁊ grauitas maius ⁊ indebita
applicaᵒ ⁊ ſimilia. ¶ Ad tertiū conſimiliter dico ꝙ non eſt equalis ꝓpor-
tio totius potentie ad totalem reſiſtentiā calido diſtante a frigido nec eadē
applicatio: nā applicatio debet computari pars potentie motiue: ⁊ diſtan
tia pars potentie reſiſtitiue. ¶ Ad quartum dico ꝙ poſtq̄ graue exercuit
motum ſuum deſcendendo in medio vniformi: non eſt eadem proportio
totalis potentie mouentis ad reſiſtentiam in fine que erat in principio nec
equalis propter hoc ꝙ reſiſtentia manentis equali potentia motiua eſt in-
tenſa propter impetum acquiſitum in graui deſcendente vna cum poten-
tia motiua principali ipſius lapidis mouet velotius lapidem in fine q̄ in
principio. ¶ Ad quintum dico ꝙ quia per aliam figuram iſte lapis poteſt
melius vel peius applicari medio ad diuidendū: ideo in alia ⁊ alia propor-
tione totalis potentie mouentis ad reſiſtentiam in deſcendendo: ſed non
eſt alia proportio lapidis que ſolum eſt propter potentiā motiuam ad reſi
ſtentiam. ¶ Vel dicatur ſic: ꝙ dicta quarta concluſio debet intelligi: ꝙ ve
locitas attenditur penes proportionem potentie motiue ad reſiſtentiam:
non enim abſolute: ſed in comparatione ſm̄ meliorem vel peiorem appli-
cationem eius ad reſiſtentiam: ⁊ ex hoc patet ſolutio ad argumentum.
¶ Ad ſextum dico primo ꝙ potentia actiua ⁊ potentia reſiſtitiua: ſicut
verbigratia calidi ⁊ frigidi non ſunt comparabilia adinuicem in caliditate
⁊ frigiditate: ⁊ humiditate ⁊ ſiccitate: nec grauitate ⁊ leuitate. Conceditur
tamen ꝙ bene ſunt comparabilia adinuicem in virtute. Unde dicimus ca-
lidum eſſe intenſius in agendo: q̄ frigidum in reſiſtendo. Dicimus etiam
grauitatem intenſiorem in deſcendendo q̄ ſit denſitas medii in reſiſtendo.
¶ Pro ſolutione ſeptimi dico ꝙ paſſum reagit ī agens non a proportio-
ne minoris inequalitatis ſed maioris. Unde paſſum eſt potentius ad agē
dum q̄ agens ad reſiſtendum: licet idem paſſum ſit minus potens ad reſi-
ſtendum q̄ idem agens ad agendum. ¶ Unde ymaginandū eſt in agente
eſſe actiuitatem ⁊ reſiſtentiam: ⁊ in paſſo ſimiliter: ⁊ ꝙ vtraq̄ actiuitas eſt
maior: q̄ vtraq̄ reſiſtentia: ⁊ ideo comparando actiuitatem agentia ad reſi
ſtentiam paſſi fit actio a proportione maioris inequalitatis: cum actiuitas
agentis ſit maior q̄ reſiſtentia paſſi. Et ſimiliter comparando actiuitatem

paſſi ad reſiſtentiā agentis fit actio a ꝓportione maioris inequalitatis:cū actiuitas paſſi ſit maior ꝗ̄ reſiſtentia agentis.¶ Nunc ponenda ſunt aliq̄ correlaria ſequentia ex quarta concluſione. vna cū aliquibus veris ſuppoſitis aſſumptis:quaꝝ ſuppoſitionum.¶ Prima eſt iſta.ſi fuerit aliquorum extremoꝝ adinuicem ꝓportio maioris inequalitatis medio interpoſito vel mediis cuius vel quoꝝ ad vtrūq; extremoꝝ fuerit aliqua ꝓportio: ad minus quidem ꝓportio maioris inequalitatis:ad maius vero minoris inequalitatis venit ꝓportio extremi ad extremū compoſita ex ꝓportione extremi ad mediū ⁊ medioꝝ inter ſe ſi fuerint plura media ⁊ medii ad extremum.verbi gratia ſi accipiant̄.4.termini.ſ.octo.quattuor.duo.⁊ vnū.dico ꝙ proportio octo ad vnū eſt compoſita ex proportione octo ad quattuor.⁊ quattuor ad duo:⁊ duo ad vnū:iſta propoſitio patet.9.Euclidis.¶ Secunda ſuppoſitio cū fuerit aliqua proportio ex duabus ꝓportionibus eq̄libus p̄ciſe compoſita ad quālibet iſtaꝝ eſt dupla:⁊ ſi ex tribus ad quālibet eſt tripla.Et ſi ex quattuor:eſt ad quālibet quadrupla:⁊ ſic vltra.Vnde q̄ꝛ pro portio octo ad duo componitur ex proportione octo ad quattuor:⁊ q̄ttuor ad duo:que ſibi inuicem ſunt equales:ideo ipſa eſt p̄ciſe dupla ad quālibet iſtarum.¶ Tertia ſuppoſitio eſt:cum fuerit aliqua proportio compoſita ex pluribus proportionibus inequalibus ſuper minorem attinet maiorem proportionem ⁊ ſupra maiorem attinet minorem:vnde quia proportio octo ad duo componitur ex proportione octo ad ſex:⁊ ex proportione ſex ad duo:⁊ quia proportio octo ad ſex eſt minor ꝗ̄ ſex ad duo:predicta proportio octo ad duo:eſt maior ꝗ̄ dupla:ad proportionem octo ad.6. ⁊ minor ꝗ̄ dupla ad proportionem ſex ad duo.¶ Prima concluſio.Si.a. potentia motiua moueret.b.mobile non oportet ꝙ moueat medietatē eius preciſe in duplo velotius:probatur.Nam ſit.a.ſicut ſex:⁊.b.ſuum mobile vt quattuor.⁊.c.medietas mobilis ſicut duo:tunc per primam ſuppoſitionem.proportio.a.ad.c.componitur ex proportione.a.ad.b:⁊.b.ad.c.ſed ex proportione.a.ad.b.tāq; ex parte minori:⁊ ex proportione.b.ad.c.tanq; ex parte maiori:vt patet intuenti:ideo per tertiam ſuppoſitionem:ꝓportio.a.ad.c.eſt maior ꝗ̄ dupla ad proportionem.a.ad.b.⁊ quia per quartā concluſionem:proportio velocitatum eſt ſicut proportio proportionū ⁊c. ſequitur velocitatem qua.a.mouet.c.eſſe maiorem ꝗ̄ duplam ad velocitatem qua.a.mouet.b.⁊ hoc intenditur.¶ Secunda concluſio ſi.a.potentia mouet.b.mobile:non oportet ꝙ.a.potentia duplicata moueat idem mobile in duplo velotius patet:nam ſit.a.ſicut quattuor:⁊ moueat.b.mobile ſicut tria ⁊ duplicetur.a.⁊ fiat vt octo dico ꝙ octo non mouet.b.vt tria preciſe in duplo velotius immo plus ꝗ̄ in duplo velotius: nam per. ſuppoſitionem ꝓportio.8.ad tria componit̄ ex proportione octo ad quattuor ⁊ q̄ttuor ad tria:ſed ex ꝓportione octo ad q̄ttuor tāq; ex maiori q̄ꝛ dupla ⁊ ex ꝓportione q̄ttuor ad tria tāq; ex minori q̄ꝛ ſexquitertia:ideo per tertiā ſuppoſitionē ꝓportio octo ad tria eſt maior ꝗ̄ dupla ad ꝓportionē q̄ttuor ad tria igit̄ p ꝯcluſionem q̄rtā velocitas qua octo mouent tres eſt

